



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

3. Amico fideli nulla est comparatio, & non est ponderatio auri & argenti,  
contra bonitatem fidei illius. Eccl. 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

quirere omne id quod possidet, & id quod acquisivit multis annis. *Beatus qui invenit amicum verum.*

REGULA TERTIA.

*Amico fideli nulla est comparatio, & non est ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.*

Eccl. 6.

PARAPHRASIS.

*Nihil pretiosius bono amico. In statera sapientum plus ponderat, quàm omne aurum & argentum totius orbis.*

REFLEXIO.

**E**Xcellenter hodie loquimur de amicitia: Est tamen objectum tale, cui apparenter plus mali fit, in consideratione ejus boni, quod de ea loquimur. Nostrum sæculum est desuper eloquentissimum, & felix in verbis & cogitationibus. Nunquam fuerant tot admiratores hujus pulchræ virtutis, nec unquam tot panegyrici, & tot opera composita in ejus honorem. Ubique fit mentio de amicitia in omnibus libris, in omnibus congressibus & societatibus,

ia



in aula, & inter populum. Ipsa apparet  
in omnium vultu & labiis. Ipsa est ubi  
que & nullibi verius, quàm in cordibus.

Amicitia nobis placet, sed interea  
prædominatur, & nihil perdimus, quod  
nos magis tangat & affligat, quàm pe-  
ditio alicujus boni amici.

### REGULA QUARTA.

*Amicus fidelis, medicamentum  
vite, & immortalitatis: Qui  
timuit Dominum, inveniet eum  
Eccl. 6.*

### PARAPHRASIS.

*Nostrum corpus plenum est infirmitatibus,  
qua abbreviant ipsius vitam mortalem:  
nostra anima habet infirmitates, qua reddunt  
infelicem ejus mortalitatem: Remedium harum  
infirmillarum est bonus amicus; Sed oportet  
timere Deum, ut eum inveniamus.  
Habe multos amicos, sed non nisi unum  
confidentem. Benè sis cum toto orbe,  
non nisi unitus cum uno solo sis tuus  
thesaurus, tua manus,*